

22

Aus den Lebensbeschreibungen

minus vester et meus fecerit iniuriam matri mee, auferendo sibi vaccam¹, quomodo debetis² vos vel ipse habere pro malo, si ego abstuli ei virulum?³

Quarta pars.

Capitulum I.* [Vr.] De fervore fratrum primitivorum.

In Vr. beginnt dasselbe mit folgendem Zusätze: Ut nostri temporis devotio recalescat, et mentes nimis submersae in contemplatione celestium rapiantur⁴, [ut]⁵ oratione virorum emiteant⁶, ut nostre religionis fundamentum eluceat venturis, de fervore primitivorum fratrum digna imitatione [aliqua] proferamus. Temporibus enim duorum patrum Dominici et Jordanis⁷ tantus fuit fervor in ordine, quod nullus sufficebat⁸ enarrare, si quidem spiritus vite erat in rotis, cuius virtute animalia ibant et revertebantur, movebantur et elevabantur secundum voluntatem spiritus dirigentis. Videres utique per ordinem fervorem mirabilem, alios⁹ protractis¹⁰ suspiriis post cottidianas¹¹ et puras confessiones, amarissimis singultibus, altis clamoribus, sua et aliorum peccata lugentes, alios in orationibus noctem iungentes cum die centenis et ducentenis genuflexionibus¹² laborantes. Videres ecclesiam raro vel nunquam sine orationibus esse, unde¹³ cum plerique a portariis querebantur in¹⁴ ecclesia facilius, quam alibi, poterant inveniri orantes¹⁵: Denique quidam valde religiosus frater retulit, quod infra paucum tempus centum fratrum confessionem audierat generalem, quorum¹⁶ invenit XL.¹⁷ integritatem corporis et anime conservasse, non sine magna orationis instantia et religionis custodia¹⁸, quibus ipsa castitas maxime custoditur. Ceterum plures illo sancto fervore succensi non prius ab oratione surgebant, nisi aliquam specialem gratiam a deo¹⁹ impetrassent. Unde unus dixit, quod non potuit²⁰ in nocte quiescere, nisi prius se lacrimis irrigasset. Retulit alter, magne aucto-

ritatis, se vidisse, dum staret in oratione ante altare Bononie alterum ferventem spiritu toto corpore elevari a terra. Eodem tempore fratres, quasi festivum¹ completorium² expectabant, recommendantes se invicem multo cordis affectu, pulsato³ signo de quibuscunque locis ad chorum festinantius properabant, ubi, completo officio et totius mundi regina nostrique ordinis advocata devotissime salutata, se disciplinis duris subiciebant, post vero quasi pro⁴ peregrinatione quadam omnia altaria⁵ visitabant, humiliter procumbentes, tanta producentes ab intimis flumina lacrimarum, ut si esses a foris⁶ crederes plangi funus, quod positum⁷ esset in medio. Sed plerique⁸ secularium explorantes viderunt et audierunt, et quam⁹ plurimum edificati sunt, et ex hoc ordinem aliqui¹⁰ intraverunt. Hiis peractis non¹¹ statim currebant ad quaternos volvendos¹², sed¹³ in ecclesia, vel capitulo, vel claustro¹⁴ latitantes omnes suos actus examinatione strictissima percurrebant, et ex hoc disciplinabant se fortiter, aliqui virgis, aliqui nodosis corrigiis, ne sonus eminus audiretur. Hier folgt in Vr. folgender Zusatz: [In conventu, ubi non erant ultra XXX. fratres, vidi ego* plus quam XX. cum siliceis¹⁵, aliquos cum ferreis cincturis ad carnem.] — Post matutinas autem¹⁶ pauci currebant ad libros, pauciores revertantur ad lectos, paucissimi, qui non confiterentur antequam celebrarent. Cum autem claresceret, pulsabatur signum ad missarum celebrationem¹⁷, tunc ad unum fratrem plurimi concurrebant¹⁸ gratia ministrandi, et¹⁹ inter eos sancta versabatur²⁰ contentio, quis prius²¹ sacerdotem de tam sacro ministerio iuvaret²². De devotione autem ad beatam virginem, quis dicere posset? Dictis enim eius matutinis, devote adstantibus²³, ad altare eius²⁴ devotius concurrebant²⁵, ne istud²⁶ tantillum spatium ab oratione vacaret. Post matutinas autem et completorium beatissime virginis Marie²⁷ altare quoque ordini triplici ambientes²⁸ in giro se et ordinem ipsi deo²⁹ devotione mirabili commendabant. In cellis habebant eius et³⁰ filii crucifixi ymagi-

¹ vacam pr. m. vaccam sec. m., Pal. ² debetis, Pal. ³ virulum Diminutiv von vir, oder unrichtige Lesart für vitulum mit Anspielung auf vacca. ⁴ rapiatur, Vr. ⁵ fehlt in Vr. ⁶ emiteat, Vr. ⁷ temporibus primitivis tantus, Pal. ⁸ sufficebat, Vr. ⁹ aliis, Vr. ¹⁰ protractis, Pal. ¹¹ cottidianas, Pal. ¹² genuflexionibus, Pal. ¹³ fehlt in Pal. ¹⁴ cum pr. m., Pal. ¹⁵ orare, Pal. inv. pot. orantes, Vr. ¹⁶ quos, Vr. ¹⁷ ad hoc, Vr. ¹⁸ concordia, Vr. ¹⁹ domino, Vr. ²⁰ poterat, Vr.

* Dieses Capitel hat in der Handschrift Vr. die meisten Zusätze. Sie scheinen von einem Verfasser herzustammen. Derselbe spricht weiter unten im Singulare vidi ego. Die Stelle am Anfange nostri — temporis — rapiantur ist sehr wichtig, weil sie eine Kritik des Mystizismus enthält. Nach dem Inhalte der Zusätze vermuthet ich, daß dieselben vom Ordensgenerale Humbert verfaßt sind.

¹ tempore quasi festivum fratres, Vr. qui, Pal. ² completorium quoddam expectabant, Vr. ³ pulsatoque, Vr. ⁴ fehlt in Vr. ⁵ alt. omnia, Vr. ⁶ afforis, Pal. und Vr. ⁷ positus. Pal. ⁸ quod plurimi, Vr. ⁹ quod obne et. Pal. ¹⁰ aliqui ord. Vr. ¹¹ ut, Pal. ¹² ad quat. cur. volv., Vr. ¹³ si, Pal. ¹⁴ in claustrum angulis, Vr. ¹⁵ cilicis. Pal. ¹⁶ ante. Pal. Schröb. ¹⁷ cel. miss., Vr. ¹⁸ currebant, Vr. ¹⁹ fehlt, Vr. ²⁰ vertebatur, Pal. ²¹ prior, Pal. ²² invitasset, Vr. ²³ astantibus, Pal. und Vr. devote fehlt in Pal. mat. eius dev. ast., Vr. ²⁴ fehlt in Pal. ²⁵ percurrebant, Vr. ²⁶ illud, Vr. ²⁷ fehlt in Pal. ²⁸ abientes sec. m. abientes pr. m., Pal. ²⁹ domino, Vr. ³⁰ fehlt in Pal.

* Siehe oben die Note zu diesem Capitel. I.